



**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Duæ aliæ causæ magnificiendæ vocationis ad Religionem, quia eligenda est, etiam si dæmon ad id excitaret, & quia in ea, omnia peccata, quoad pœnas instar baptismi remittuntur. Cap. III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

Christum veniant, sed quia nemo aliter venit, & sic Religio propostum, à quocunque suggeratur, à Deo est. Si ergo aliquis hac ratione, etiam ab ipso diabolo motus, amplecteretur statum religiosum ob finem bonum, ut par est, & bono modo, & in eo statu viveret iuxta præscriptum illius Ordinis, instar David occideret Goliath proprio eius gladio, uti fecit David; & de dæmone triumpharet, eligens illum statum ad resistendum ei fortius in illo, & alios per bona consilia & exempla, & preces, ex eius manibus eripiendo. Sicut enim mille aureos acciperes à tuo inimico, si tibi illos donaret (nullâ noxiâ adiectâ conditione) sicut si improbus & hæreticus pistor daret tibi pulcherrimam imaginem, acceptares illam, sicut ab impio medico porrectam salubrem medicinam non repueres ita consilia de bona re aliqua amplectenda vel continuanda, suggesta à dæmone, possunt acceptari bono fine & modo, aliisque circumstantiis honestis à re decorata, uti in simili materia facere docet S.P.N. Ignatius in libro Exercitiorum.

Octava Causa.

Reg. 2. hebd. de discret. Spiritu.

21. Hier. ep. 23 ad Paulam de obitu Mesille, & epist. 8. An. to. 3. l. de siml. c. 191. Ber. S. de dupl. baptismo & de prec. & dispens. Leontius locis supra citatis. Vnde S. Thomas: cap. 13. Tho. 2. 2. q. 189. a. 3. ad 3. & in 4. d. 4. q. 3. quæ 3. Ant. 3. p. lum. tit. 16. c. 3. 10. §. 3. Dami. de perf. mon. c. 6. Leon. in vita S. Simeonis Sali. Jul. apud Lip. pom. & Snam. Wald. de Sacram. tit. 9. c. 8. n. 8. y. Ca. ter. 2. a. q. 189. a. 3. Sylvest. V. Religio 3. dub. 2. 3. Palud. in

Quia in Religione Religiosi consequuntur integram remissionem omnium peccatorum, talem, qualem confert Baptismus ritè susceptus. Ita docent primò Sancti. S. Hieronymus, S. Anselmus, S. Bernardus, S. Thomas, S. Antoninus, B. Petrus Damiani, Leontius, & Theol. & Iuris periti quamplurimè & Classici. Hanc ob causam, Sancti aliqui vocant susceptionem habitus religiosi, secundum baptismum: & ingressum in Religionè comparant baptismum: S. Hieronymus, S. Anselmus, S. Bernardus, & dispens. Leontius locis supra citatis. Vnde S. Thomas: In vitis Patrum inquit, dicitur quod quidam vidit eandem gratiam descendente super eum qui habitum Religionis assumpsit, & super eum qui baptizatur. Sed hoc non est, quia talis à satisfactione liberatur, sed quia eo ipso quod suam voluntatem etiam in servitutem redigit propter Deum, plenariè iam pro omni peccato satisfecit, quam chariorem habet omnibus rebus mundi: de quibus tantum posset dare, quod elemosynis omnia peccata redimeret, etiam quantum ad poenam. Quod etiam refert Waldensis loco citato. Extat præclara huius rei confirmatio in vita S. Simeonis Sali scripta à Leontio viro sancto Episcopo Neapolis in Cypro insula, commentata cum eius authore in secunda Generali Synodo, Actio 4. Cum enim S. Simeon cum Ioanne socio susceptorus esset habitum monasticum à S. Nicone Præfecto monasterij, ad quod venerant, viro miraculis & dono prophético à Deo honorato (uti dicitur in eius vita c. 4.) quidam ex fratribus monasterij, eis dixerunt (ut refertur c. 8. vitæ) Beati estis quoniam cras regenerabimini, & mundi efficiemini, sicut nati estis, ab omni peccato: perinde, ac si ipso die essetis baptizati. Id

admirati sunt ambo, & cucurrerunt ad divinum Niconem vesperi Sabbato; & ad eius pedes prociderunt dicentes: Rogamus te Pater, ne nos baptizet. Sumus enim Christiani, & nati ex Parentibus Christianis. Is autem cum nesciret, quidnam audissent à Patribus Conobij, dicit eis, Quis enim vult vos, & filij baptizaret illi verò dixerunt, Domini nostri Patres monasterij dicunt nobis: Cras rebaptizabimini: tunc intellexit Præfectus, eos dixisse de sancto habitu. Is verò dixit eis: Rectè dixerunt filij: Et enim si Deo placuerit, volumus vos cras induere sancto & Angelico habitu.

Et Cap. 9. sic scribitur. Postquam ergo ipsi accepissent sanctum habitum, asserbat hoc qui à mendacio erat alienus Simeon: Videbamus, inquit, noctu, non secus atque interdum alter alterius faciem, & similiter ut eius, qui fuerat à nobis prius visus (scilicet, indatus nouo habitu monastico) coronam splendendam in capite alter alterius. In tali autem gaudio erat anima nostra, ut nec faciliè vellemus sumere cibum aut potum.

Et Cap. 10. dixit Simeon Ioanni: Ex quo Dei seruus nos eo habitu induit, intrinsecus inflammor nescio unde, & querit anima mea, neminem videre, & neminem alloqui, & audire neminem. Ita mutat homines etiam vestium religiosarum assumptio. Hinc isti duo serui discessuri ex illo monasterio in solitudinem (quod etiam B. Niconi retelatum erat, Deum id velle) inter alia gratias agendo pro habitu dixerunt B. Niconi: Gratias agimus tibi Pater: Quidnam autem Deo offerre & venerando tuo capiti possumus ignoramus: Quis speravit fore, ut talibus donis digni haberemur? quis Rex tali dignitate nos potuit honorare: quinam terreni thesauri, nos tam cito effecerunt diuites? quorumnam laucrorum abluciones ita nostram emundassent animam? quinam parentes sic potuissent diligere & seruare: quinam dona aut munera peccatorum nostrorum remissionem, tam breuiter nobis asserre potuissent, ut tu venerande Pater: per te pretiosam acquisiuimus margaritam: baptismatis vim verè didicimus, de quo nobis prædixerunt sancti Patres: Cognouimus nostra peccata verè fuisse exusta ab igne, qui corda nostra accendit, quem quidem nos ferentes, sic nos intus vrentem, rogamus Pater tuam beatitudinem, ut intensas preces nostras facias, & tuos seruos dimittas ad hoc, ut germanè & sincerè totoq; animo seruiamus Deo, cui nos ipsos consecrauimus.

Hoc ipsam comprobat id, quod refert S. Anselmus sibi contigisse. Verba, inquit, sancti Monachi Osberni ad Anselmum in spiritu delata, & ab eodem Anselmo postmodum expostita: ter, inquit ille defunctus, antiquus serpens insurrexit in me, sed Vrsarius Domini mei liberauit me: hec dicens, euauit. Benedictus verò Pater noster visionem illam expergefactus à somno, ad memoriam reuocans, ac singula propensius inspicens, quando & quibus libuit, sic eam exposuit. Primò inquit pro peccatis quibus obligatus ante baptismum fuerat in eum insurrexisse antiquum hostem. Secundo, pro peccatis quæ fecit post baptismatis Sacramentum, ante professionem. Tertiò, pro illis quæ fecit post professionem

4. d. 38. q. 1. a. r. c. 8. n. 17. Belatim. l. 2. de monac. c. 6. Nauar. de Indulg. nota 2. 2. o. n. 17. & Comm. 2. de Regul. n. 60. Suarez. 2. de Relig. l. 6. c. 13. Lessius l. 2. cap. 4. r. dub. 8. n. 72. Sanchez to. 2. decal. l. 5. c. 5. Azor. l. 12. c. 5. q. 11. Plat. lib. 1. cap. 13. Laym. to. 2. l. 4. tr. 5. c. 10. n. 1. Roder. to. 3. tr. 2. cap. 4.

1. de siml. c. 191. to. 3.

professionem ante obitū. Sed ter cecidit. peccata enim quibus astrictus fuerat ante Baptismum, fide parentum in ipso Sacramento deleta. diabolus invenit. Illa etiam quae in saeculo vel monasterio ante professionem commisit, in ipsa professione monastica aequè aboluta, serpens ille antiquus reperit. Quae verò post professionē fecit, verà confessione ante obitum, monachus ille deletit. Per illū Dominū Vrsarium, designari dicit, Ordinem Angelicum: Sicut enim Vrsarij vrsos, ita Angeli Spiritus malignos à sua seuitia coercet & opprimunt, ne nobis noceant, in quantum volunt.

Ant. 3. p. Sum. tit. 16. c. 10.

Quam visionem recipit & commemorat sanctus Antoninus, & Platus.

Plar. lib. 1. cap. 13.

Merito ergo Goffridus Abbas Vindocinensis, sicut antiquus author, Serm. 11. de S. Benedicto loquens ait: Monastica Religio, quam ipse constituit, secunda regeneratio merito nominatur, & etiam Pontificali Confirmationi non immeritò comparatur: huius namq̄, vita obseruatione, & praeterita peccata sicut in baptismo delentur, & contra futura, velut in Confirmatione Christianus munitur.

1. 6. libel. 1. m. 9. Ref. pag. 449. num. 9.

Quocirca in Vitis Patrum scribitur: Fuit quidam magnus inter praudentes (id est, Spiritum prophetiae habentes) hic affirmabat dicens: quia virtutem, quam vidi stare super baptismum, vidi etiam super vestimentum monachi quando accepit habitum spiritualem. Si autem tunc hoc vidit, quando monachi non se obstringebant votis religiosis, ita strictè, uti nunc faciunt, multò magis id euenit religiosis nostris.

Auth. col. 1. tit. 5. prafat.

Non mirum ergo est quod Iustinianus Imperator in Nouella tertia, in Authenticis, laudans vitam monasticam scriptum reliquit: Conuersationis monachalis vita sic est honesta, sic commendare Deo nouit, ad hoc venientem hominem, ut omnem quidem humanam, eius maculam detergat, purum autem declarat, ac rationabili natura decentem.

22. Reuel. Extrau. c. 69.

Confirmatur hoc ipsū à minori ad maius, diuinā reuelatione quam habuit S. Brigitta à Beatissima Virgine Maria de S. Catharina filia sua, votis religiosis non obstricta, uti nunc se obstringunt religiosi: Ipsa reliquit fratres & sorores, cognatos & amicos corporaliter, ut possent eos iuuare spiritualiter, possessiones mundi non curauit. Ideò pro derelictione eò, sanguineorū, dimissa sunt ei peccata sua.

23. Vit. 1. p. c. 14.

Hoc enim decebat diuinam misericordiam, ut tanquam sponsam suam plenè à peccatis omnibus mundaret. Et ita B. Clara de Montefalco Augustiniana, ut scribit Baptista Pergilius, cum professionem fecisset cum aliis monialibus, aliquot diebus post illam, apparuit ei Christus Dominus in forma pulcherrimi iuuenis, qui deposita è suo capite coronā factā ex floribus immarcescibilibus, quam portabat, posuit eam in capite B. Clarae, in signum quod eam denuò acceptaret pro sua sponsa, sicut ipsa denuò se illi consecrauerat in actu professionis. Cur dixit Denuò? Respondeo, quia etiam ante professionem qui se astringit Christo per vota simplicia, diuersa à professione solemnī, fit eius anima sponsa Christi, & consequitur remissionem

24.

omnium peccatorum instar baptismi, si accedat sine vilo peccato mortali confessione non expiato. Imò existimo etiam Nouitios religiosis feruentes id consequi, quando se & sua plenè ac feruenter Deo tradunt, & omnia quae habuerunt & habere poterant Deo perfectè resignāt, ac suam totam libertatem & voluntatem propter Deum Superiori subiiciunt, abnegando in se quidquid abnegari poterat. Et ita Christus Dominus ipse S. Brigittam ob solum desiderium paupertatis, & castitatis, & specimen obedientiae in sponsam elegit. Tu quodam iure facta es mea, cum in morte mariti tui voluntatem tuā in manus meas assignasti: cum etiam eo defuncto cogitasti & rogasti, quomodo pauper pro me esse posses. Et voluisti pro me omnia relinquere, & idè de iure facta es mea. Et oportuit me pro tanta charitate tibi providere. Propterea assumo te mihi in sponsam, & in meā propriam delectationem, qualem deceet habere Deum cum anima casta. Et ut similia dicit in alto loco: Et cum corpore casto.

omnium peccatorum instar baptismi, si accedat sine vilo peccato mortali confessione non expiato. Imò existimo etiam Nouitios religiosis feruentes id consequi, quando se & sua plenè ac feruenter Deo tradunt, & omnia quae habuerunt & habere poterant Deo perfectè resignāt, ac suam totam libertatem & voluntatem propter Deum Superiori subiiciunt, abnegando in se quidquid abnegari poterat. Et ita Christus Dominus ipse S. Brigittam ob solum desiderium paupertatis, & castitatis, & specimen obedientiae in sponsam elegit. Tu quodam iure facta es mea, cum in morte mariti tui voluntatem tuā in manus meas assignasti: cum etiam eo defuncto cogitasti & rogasti, quomodo pauper pro me esse posses. Et voluisti pro me omnia relinquere, & idè de iure facta es mea. Et oportuit me pro tanta charitate tibi providere. Propterea assumo te mihi in sponsam, & in meā propriam delectationem, qualem deceet habere Deum cum anima casta. Et ut similia dicit in alto loco: Et cum corpore casto.

Quocirca merito dicit B. Mariae Magdalene de Pazzis S. Angelus Martyr Carmelita, post sermonem habitum de paupertate (cum ad eam vnā cum S. Ignatio Societatis Iesu fūdatorē, locuturo de humilitate missus fuisset à Beatiſſ. Virgine Maria) in quo sermone dixerat: animam qua possidet paupertatem, vsurpare sibi coronas Martyrum. (per Martyrium autem omnia peccata dimittuntur, sicut per baptismum) addidit: Animas in suscipiendo religioso habitu acquirere innocentiam (hoc est mundationem etiam quo ad pœnas peccatis debitas, post culpas Sacramentali confessione expiatis, in purgatorio non castigandas) Eadem cum à Christo D. petisset in raptu, qua preparatio esset adhibenda, ad euadendas purgatorij pœnas, dixit altā voce: Oportet spoliari totaliter nobis ipsis, & restitui te o Domine mi. Oportet ambulare cum pura, munda & sincera intentione. Et va illis qui habent aliam intentionem, quam seruiendū tibi & honorandū te. Hoc autem habent etiam Nouitij boni. Hoc sit pro Nouitiorum solatio, & volentium ingredi Religionē, si eos interim contingeret mori.

Magna ergo est felicitas eorum, quos Deus ad religionem vocat; in qua, sine reuelatione deceptionibus multis obnoxia, possunt consequi remissionem peccatorum instar baptismi, praesertim, qui in seculari statu multa peccata mortalia commiserunt.

Proinde benè dicit S. Theodorus Studita: Deus ornauit nos primū in paradiso dignitate imaginis, quam inobedienciā destrauimus. In gratia, per generationis lauacrum (baptismum) quamquam hic degenerauimus. (peccando scilicet post susceptum baptismum) Tertio in Virginitatis professione cunctis condonatis admisis, contraq̄, nos chirographo crucigerā quādam vitā aequè ac tinctione (id est, baptismo) deletō.

Et Ser. 110. Qua tibi, inquit, est causa doloris quod

25. l. 1. Reul. cap. 2.

l. 1. Reul. cap. 2.

26. 2. p. vit. c. 13.

27. 1. p. vit. c. 13.

28. Ser. 100.

quod culpa admittit: At ecce per secessionem (id est ingressum in religionem) & obedientiam, & confessionem sunt remissa.

Ann. 82. 6. Et in testamento suo, quod recenser Cardinalis Baronius: Confiteor, inquit, monasticum statum sublimem esse & excelsum & Angelicum, qui & peccata omnia expurget absoluta vite perfectione.

CAPVT QVARTVM.

Magnificandus est status religiosus, quia Martyrio aquiparatur.

Nona. Causa.

CVr magnificanda sit vocatio ad statum religiosum est, quia religiosi sint viui Martyres, & aquiparantur Martyribus; imò aliquando Martyres euentus superant.

Primo, quia sunt toti dicati seruitio Dei, & in eo perpetuò versantur, virtutum exercitio attendentes. Hanc ob causam S. Hieronymus S. Paulam Martyribus annumerat. Nam scribens ad Eustochium ait: Gaudeas, mater tua longo martyrio coronata est. Non solum enim effusio sanguinis in Martyrio reputatur, sed deuote quoque, mentis seruitus immaculata, quotidianum martyrium est. Hoc etiam S. Ecclesia agnoscit. Nam in Martyrologio Romano 26. Ianuarij, dicit, eam esse longo Martyrio coronatam. Hinc S. Cyprianus vitam in virtutibus ornatam eximie appellat, gloriosa virtutum Martyria. Et S. Teresa ait: Vita boni Religiosi, & eius qui vult esse, ex strictis amicus Dei, est longum Martyrium.

Et ita ob virtutum excellentiam, quæ fuit in S. Gertrude, reuelatum ei fuit adhuc primo anno, quo fuit facta Abbatissa, eam promeritam esse tantam gloriam in cælo quantæ erat Virginitum præcipuarum canonizatum Martyrio affectarum, vt scribitur in eius vita. Quocirca S. Cyprianus Martyr: Non solum, inquit, animadueros & interfectos diuine pollicitationis manent premia, sed etiam si ipsa passio fidelibus desit, fides tamen integra atque inuicta persistit, & contempta, ac relictis suis omnibus Christum sequi Christianus ostenderit, ipse quoque, à Christo inter Martyres honoratur. Ideo S. Antonius Abbas, teste S. Athanasio in vita eius, cum occasionem Martyrij in Alexandria quæsitam non inuenisset, regressus est ad Monasterium suum, ad quotidianum (vt eius verbis vtat) fidei & consentie martyrium. Quia vita sanctè in Deo seruitio transacta, perpetuum martyrium est. Hinc vt scribit Thomas Cantipratanus in vita S. Ludgardis Virginis Ordinis Cisterciensis, cuidam deuotæ femine reuelatum fuit, S. Ludgardem habituram æqualem gloriam gloriæ S. Catharinæ Martyris; & hoc ipsum reuelatum fuit S. Gertrudi Virginis Ordinis S. Benedicti, primò anno quo facta est Abbatissa. Sic S. Bernardus ait, S. Iohannem Euangelistam fuisse apud Angelos Martyrom,

quibus tanquam spiritualibus creaturis, spiritualia deuotionis eius signa certius innotuerunt. Secundo, Religiosi sunt Martyres, quia libenter patiuntur persecutiones, detractiones, maleuolentias contumelias, conuitia, quibus Deus ob dandam eis materiam meritorum, & coronarum in cælo, permittit eos domi, & foris exagitari, à iudicijs & linguis & penis hominum, & vt eos similes reddat tanquam vera membra capiti Christo, similia passo. Et idem S. Gregorius Papa inter Martyres numerat Stephanum quendam, multa ab hominibus passum. Et idem ibidem ait: Mori à persequente, martyrium in aperto est. ferre verò contumelias, odientes diligere, martyrium est in occulta cogitatione. Ideo S. Cyprianus scribit Daniele Prophetam, nec solitudine regionis aliena, nec persecutionis assidua infestatione deterritum, frequenter ac fortiter gloriosa edidisse martyria. Et de omnibus dicit idem S. Iohannes Chymacus: Beatus qui propter Deum quotidie maledictis & conuitijs lacepsus, sibi vim fecerit, hic enim Martyribus tripudiantibus & Angelis parem confidentiam & gloriam merebitur. Hinc de S. Martino testatur Ecclesia: Quem est gladius persecutoris non absulit, palmam tamen martyrij non amisit. Magnas enim persecutiones patiebatur à domestico Brietio, eius visiones & miracula irridente, & coram alijs traducente, sicut & à quibusdam Episcopis, vt scribunt, S. Gregorius Turonensis, & Seuerus Sulpitius. Quod quidem genus martyrij est gloriosius, si non tantum quis libenter patitur persecutiones, sed etiam (vt faciunt boni religiosi) pro iis Deo & persecutori agat gratias. Nihil est animæ illa sanctius, inquit S. Iohannes Chrysofomus, que in malis Deo agit gratias. Reuera illa nihil distat ab anima Martyris. Similiter & ipsa, & ille coronatur. Si ergo dolores tulerit, & gratias egerit, coronam accipit martyrij. & alibi: Ea res pro martyrio tibi imputabitur, si insidias molientem, & ad tantam prouectum maleuolentiam, inter bene meritos numeraris, non desinens orare pro illo, Deum obsecrando, vt illi fiat propitius.

Tertio, Religiosi sunt Martyres ob paupertatem, quam vouerunt. Quid sibi vult, inquit S. Bernardus, quod eadem promissio facta est pauperibus & martyribus: nisi quia verè martyrij genus est paupertas voluntaria: Quod enim Martyrium grauius est, quam inter epulas esurire, inter vestes multas & pretiosas (quæ haberi poterant in seculo) algere, paupertate premi, inter diuitias, quas offert mundus, quas ostentat malignus, quas desiderat ipse noster appetitus: in non merito coronabitur, qui sic certauerit, mundum abiiciens promittentem, irridens inimicum tentantem & quod gloriosius est, de ipso triumphans, & crucifigens concupiscentiam prurientem? Denique propterea pauperibus pariter & martyribus regnum calorum promittitur, quia paupertate emittur, sed in passione pro Christo, absq. omni dilatione percipitur. Et S. Chrysofomus, illis pueris, qui in fornacem ad pop.

B

quibus tanquam spiritualibus creaturis, spiritualia deuotionis eius signa certius innotuerunt.

Secundo, Religiosi sunt Martyres, quia libenter patiuntur persecutiones, detractiones, maleuolentias contumelias, conuitia, quibus Deus ob dandam eis materiam meritorum, & coronarum in cælo, permittit eos domi, & foris exagitari, à iudicijs & linguis & penis hominum, & vt eos similes reddat tanquam vera membra capiti Christo, similia passo. Et idem S. Gregorius Papa inter Martyres numerat Stephanum quendam, multa ab hominibus passum. Et idem ibidem ait: Mori à persequente, martyrium in aperto est. ferre verò contumelias, odientes diligere, martyrium est in occulta cogitatione. Ideo S. Cyprianus scribit Daniele Prophetam, nec solitudine regionis aliena, nec persecutionis assidua infestatione deterritum, frequenter ac fortiter gloriosa edidisse martyria. Et de omnibus dicit idem S. Iohannes Chymacus: Beatus qui propter Deum quotidie maledictis & conuitijs lacepsus, sibi vim fecerit, hic enim Martyribus tripudiantibus & Angelis parem confidentiam & gloriam merebitur. Hinc de S. Martino testatur Ecclesia: Quem est gladius persecutoris non absulit, palmam tamen martyrij non amisit. Magnas enim persecutiones patiebatur à domestico Brietio, eius visiones & miracula irridente, & coram alijs traducente, sicut & à quibusdam Episcopis, vt scribunt, S. Gregorius Turonensis, & Seuerus Sulpitius. Quod quidem genus martyrij est gloriosius, si non tantum quis libenter patitur persecutiones, sed etiam (vt faciunt boni religiosi) pro iis Deo & persecutori agat gratias. Nihil est animæ illa sanctius, inquit S. Iohannes Chrysofomus, que in malis Deo agit gratias. Reuera illa nihil distat ab anima Martyris. Similiter & ipsa, & ille coronatur. Si ergo dolores tulerit, & gratias egerit, coronam accipit martyrij. & alibi: Ea res pro martyrio tibi imputabitur, si insidias molientem, & ad tantam prouectum maleuolentiam, inter bene meritos numeraris, non desinens orare pro illo, Deum obsecrando, vt illi fiat propitius.

Tertio, Religiosi sunt Martyres ob paupertatem, quam vouerunt. Quid sibi vult, inquit S. Bernardus, quod eadem promissio facta est pauperibus & martyribus: nisi quia verè martyrij genus est paupertas voluntaria: Quod enim Martyrium grauius est, quam inter epulas esurire, inter vestes multas & pretiosas (quæ haberi poterant in seculo) algere, paupertate premi, inter diuitias, quas offert mundus, quas ostentat malignus, quas desiderat ipse noster appetitus: in non merito coronabitur, qui sic certauerit, mundum abiiciens promittentem, irridens inimicum tentantem & quod gloriosius est, de ipso triumphans, & crucifigens concupiscentiam prurientem? Denique propterea pauperibus pariter & martyribus regnum calorum promittitur, quia paupertate emittur, sed in passione pro Christo, absq. omni dilatione percipitur. Et S. Chrysofomus, illis pueris, qui in fornacem ad pop.

Et S. Chrysofomus, illis pueris, qui in fornacem ad pop.

Et S. Chrysofomus, illis pueris, qui in fornacem ad pop.

Et S. Chrysofomus, illis pueris, qui in fornacem ad pop.

Ann. 82. 6.

29.

ep. 17. in epist. Phil. Paulæ.

Idelap. 11. in per. cap. 11.

Id. de Er. horat. marty. c. 11.

apud Sarr. 16. Iunij.

S. de In. nocent.

30.

hom. 35. in Euang.

ep. 68.

gr. 4.

Gr. lib. 2. hist. Frac. cap. 1. Scu. c. 20. vita.

hom. 8. in ep. Coloss.

hom. de David & Saule.

31. S. 1. de omni. San. Matth. 5.

hom. 23. cem ad pop.